



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

Communia de Matrimonia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

DE QUANTITATE COMMUNIA DE MATRIMONIO.

THEODOS. ET VALENTIN. IMPP. IN l. Hac lege. C. de pact. conuent. &c.

Bonum est mulierem, quæ se ipsam marito committit, res etiam eiusdem pari arbitrio gubernari.

Vxor & se & sua commendet marito,

JUSTIN. IN AVTH. DE TRIEN. ET semiss. §. sed neque.

Dotem celebrant nuptiæ, nuptias autem dotem non faciunt, sed cõiunctorum affectus.

Matrim. facit affectio non dot. Maritus vxori bono exemplo sit.

Maritus debet author esse vxori colendi bonos mores, notant dd. in l. si lenones. C. de episcopi audient, &c.

Hæretico nubere filia non cogitur,

Pater non potest filiam cogere; vt ducat hæreticum in maritum. Leo & Anthem. Impp. in l. si legibus. iuncta glo. C. de episc. aud.

Et marito & vxori par reuerentia debetur. arg. l. 1. C. de in ius vocan. Honor enim, seu iniuria data, vel marito, vel vxori, idem esse censetur, per glo. in d. l. 1.

Coniugis vtriusq; par sit reuerentia.

Matrimonium contrahere nemo cogi potest: & libera facultas contrahendi ad necessitatem transferri nõ oportet, est tex. in l. neq; 2. C. de nupt.

Matrimonia debent esse libera.

Conditio nuptiarum impletur per actum et rem ipsam, non per habitum & potentiam, l. sancimus. C. eod. tit.

Matrimoniũ consumatur actu non habitu.

Matrimonia debent esse libera à metu peccatorum, l. 2. C. de inutil. stipulat.

Matrimoniũ pœnæ metu sit liberum.

H 5

Neque

Matrimonium non violandum.

Neque matrimonium, neque spem matrimonij violare permittitur. l. propter violantem iuncta glo. C. ad leg. Iul. de adult.

Matrimonium non licet sub falsis querelis deformare. l. quamuis. C. eod. tit.

Coniux non feret alterius penam.

Ob maritorum culpam uxores iniquas leges vetant. l. 2. C. ne vxor pro marito &c.

Coniuges quibus sortem aequanimiter ferre debent.

Humanum est fortuitis casibus mutari matrimonium, vel uxorem viri participem esse. r. i. c. in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solut. ma.

DE SACRAMENTUM ORDINIS.

Ordinem graduum Ecclesiasticorum quod hodie in Ecclesia Catholica durat, sed a hereticis respuitur, non esse recens institutum, verum antiquissimum, ea docent, quae sequuntur.

IVSTIN. IMP. IN AVTH. PRESBYTERORUM. C. de Episc. & cleric. &c.

Ordo Ecclesiasticus cuiusquam requirat in ordinando aetatem.

Presbyterum minorem triginta quinque annis fieri non permittimus: sed neque diaconum vel subdiaconum minorem viginti annis, neque Lectorem minorem annis octo & octo: Item Episcopum minorem quinque annis ordinari prohibemus.

IDEM IN AVTH. DIACONISSAM. C. eod. tit.

Sic etiam decretum erat ante in Concilio Chalcedonen. c. p. 15.

Item neque Diaconissam in sancta Ecclesia ordinari praecipimus, quae minor sit annis quadraginta.

VALE